Bibliothèque numérique

medic@

Bertout, Nicolas Guillaume Pierre. - Specimen de Nicolas Guillaume Pierre Bertout, natif de Rouen présenté à Rouen le 30 floréal an X

1802.
S.l. : s.n.
Cote : BIU Santé Pharmacie : Dossier 311 (52)

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_dos000311x052

311 52 — 30 floréal an X [20 mai 1802]

SPECIMINA

CHYMICO-PHARMACEUTICA

A PHARMACOPŒIS AD EXAMINANDUM NOMINATIS

PROPOSITA,

CORAM PRÆFECTO URBIS PRÆSIDE,

CLARISSIMISQUE DOCTORIBUS MEDICIS,

NEC NON PHARMACOPOEIS ROTHOMAGENSIBUS

EXPONENDA.

IN ÆDIBUS COMMUNALIBUS; PRO LAUREA PHARMACEUTICA.

OMNIA EX CODICE MEDICAMENTARIO PARISIENSI, IN LUCEM EDITO, ANNO 1758.

PULVIS CONTRA VERMES COMPOSITUS.

℞. Corallinæ Phorphyrio lævigatæ, ana quantum vis:
Seminum contra, ...
Absynthii vulgaris, . .
Tanaceti, ...
Portulacæ, ...
Mali citrei, ...
Foliorum Scordii, ...
Sennæ, ...
Rhei electi, ...

Fiat omnium Pulvis, secundùm artem, quovis anno renovandus.

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS.

℞. Radicum Apii, ana uncias quatuor:
Fœniculi, ...
Petroselini, ...
Rusci, ...
Asparagi, ...

Mundatas & in frusta concisas coque cum
Aquæ, ... libris decem.
ad libras octò, & cum
Sacchari, ... libris quinque
clarus fiat syrupus, secundùm artem.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞. Lapidum Hyacinthorum præparatorum, ... unciam semissem.
Terræ Sigillatæ
Oculorum Cancrorum præparatorum. . . . . ana uncias tres.
Cinnamomi, ... unciam unam.
Foliorum dictami cretici, . . . ana drachmas tres.
Santali Citrini, ...
Mirrhæ Electæ, ... drachmas duas.

Fiat omnium pulvis tenuissimus.

Tum

℞. Croci seorsim pulverati, ... unciam semis.
Syrupi limonum, ... libras duas.

Nota Primò, Syrupum de limonibus frigidum esse debere, cum croco admiscetur, in vase faventino, cum pistillo ligneo.

Secundò, reliquum pulverem deindè admiscendum esse.

Tertiò, ut debita Confectionis consistentia permaneat, pro unoquâque Confectionis librâ, adjiciendam esse Mellis Narbonensis optimi, ... unciam unam.

Denique Folia Auri & Argenti, si lubet, Confectioni peractæ commiscentur.

UNGUENTUM vulgò dictum, BALSAMUM ARCÆI.

℞. Sevi Hircini, ... libras duas.
Terebinthinæ claræ, ... ana libram unam et semis.
Gummi Elemi, ...
Axungiæ Porcinæ, ... libram unam.

Liquentur simul, colentur, & fiat Balsamum.

KERMES MINERALE.

℞. Antimonii Hungarici in frustula effracti, ... libras quatuor.
Nitri fixati, ... libram unam.
Aquæ pluvialis, ... libras octo.

Indè in vas fictile vitratum: bulliant per horas duas igne æquali & moderato. Liquoris ferventis duos trientes filtra. Tertio superstiti affunde

Aquæ pluvialis ferventis, ... libras quinque.
Nitri fixati, ... uncias duodecim.

Bulliant ut suprà. Filtra iterùm duos liquoris trientes. Tertio adhùc superstiti affunde

Aquæ pluvialis ferventis, ... libras quinque.
Nitri fixati, ... uncias octo.

Bulliant ut suprà. Totum liquorem ferventem filtra. Misce in vase terreo omnes filtratos liquores. Quiescant per viginti quatuor horas; liquor decantetur. Pulvis residuus rubens, super papyro emporeticâ expansus, edulcetur affusâ identidem aquâ, donec insipida exudet. Pulvis exsiccatus mittatur in fictile, cui affusa Spiritûs vini rectificati sufficiens quantitas accendatur, ut artis est, quod bis repetendum.

E X A M I N A T O R E S

Doctores medici.

P.-L.-G. GOSSEAUME.
C.-F. DESALLEURS.

Pharmacopæi.

P.-F. MESAIZE.
N. REMY-TAILLEFESSE.
C.-F. ARVERS.

P R E S E N T E S.

Pharmacopæi.

A.-J BESSERVE.
G. J. HUE.
C.-F. LECHANDELIER.
J.-N. POIDEVIN.
M. DUBUC, Junior.
L. THOMMEREL.
P. BOTTENTUIT.

Quæ quidem, duce et moderatore G- DUBUC, natu-major, *Pharmacopæo, perficere conabitur* NICOLAUS-GUILLELMUS-PETRUS BERTOUT, *Rothomagæus; incipiet die mensis Florealis trigesimâ, anno Reipublicæ decimo, horâ decimâ matutinâ.*

Rothomagi, ap. SIMONEM NOEL, *in officinâ typorum artium, viâ Belvacensi, nº octogesimo-octavo.*